



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si quis magis vel minus diligitur à Deo vno tempore quam alio. D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



mano affectu capi q̄ dicitur. Sic etiā cū iracō malis dicitur, & placidus bonis, illi mutatur & nō ipse: ut lux infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorū sc̄ mutatione, non sua: Ita cū aliquis per iustificatiōnē incipit esse amicus Dei, ipse mutatur non Deus.

*Si quis magis vel minus diligatur à Deo vno tempore quam alio.*

Si vero quæritur de aliquo. Vtrum magis diligatur à Deo vno tempore quam alio: distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum, concessibile est: si vero ad dilectionis essentiam, infaciabile est.

*Si Deus ab æterno dilexit reprobos.*

De reprobis vero, qui præparati non sunt ad vitam sed ad mortē, si quæritur, vtrum debeat concedi, quod Deus ab æterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendū, quod Deus ab æterno eos dilexit, quos ad iustitiā & coronam præparavit. De non electis vero, simpliciter est concedendum, quod odio habuit, id est reprobaui: sicut legitur, Iacob dilexi, Esau odio habui. Sed non est simpliciter dicendū, quod dilexit, ne prædestinati intelligantur: sed cum adiectione concedatur, dilexit eos in quantum opus eius futuri erant, id est, quos & quales facturum eos erat.

### DE QUATVOR VIRTVTIBVS

*Principalibus.*

#### DISTINCT. XXXIII.

*De virtutibus cardinalibus.*

*In li. de tri. 14. c. 9. post medium.*

Post prædicta, de quatuor virtutibus, quæ principales vel cardinales vocantur, disserendum est: quæ sunt Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia. De quibus Aug ait. Iustitia est in subueniēdo miseris. Prudentia in præcauendis infidiis. Fortitudo in perferēdis molestiis, Téperantia in coercēdis delectationibus prauis. de his dicitur in libr. Sapientiæ, Sobrietatem & prudentiam docet, iustitiā & veritatem, Sobrietatem vocat réperantiā, & vir-